

de curia exigi et recipi volumus ac predictis thesaurariis in
 eadem camera regia exstigio assignari, apothecam inde ydo-
 neam recepturi et dispendiaturi nobis et magistris rationabilibus
 etc. presentibus consociis vestris, quid et quantum et pro qua can-
 sa de penis huiusmodi receperitis et a quibus, ut inde habeatis
 a nostra curia responsales. Rationes autem veteres illorum offi-
 cialium, qui de officiis per eos gestis nontum se nobiscum pro par-
 te curie concordarunt, per predictos similita auditores secun-
 dum eandem formam rationum diligenter examinari, expungi
 et discuti facitis; et sicut successive dicte rationes examina-
 buntur, expungentur et discernerentur, processus ipsarum ra-
 tionum cum liquidis residuis inuenientis in eis, que per nobi-
 lem virum dominum Lodovicum de chontibus etc. generalem capi-
 taneum etc., si presens fuerit, per litteras suas sub sigillo capita-
 nie ad colligendum committi velimus, vel ipso absente per litte-
 ras vestras per vos, ubicunque colligendas fuerint, proxime dirigen-
 das, ac etiam cum questionibus, dubiis et defectibus factis in ip-
 sis rationibus per eos, qui primo rationes easdem audierunt, que per
 presentes auditores diligenter examine iuste et rationabiliter
 fuerint informata, sicut de aliis novis rationibus [distinguitur, ad
 predictam nostram curiam transmittatis; iniungentes ex parte
 regia et nostra officialibus, quorum processus suarum rationum
 ad nostram curiam transmittatis, si presentes fuerint coram vobis,
 ut pro eorum compositionibus et quietationibus nobiscum tractan-
 dis et finiendis debeant ad nostram presentiam personaliter se
 conferre. Nos enim (ad predictam compositionem benigne recipie-
 mus, si ipsi nobis se beneplacitis coaptabant.

Act. Troie die XXII. Januarii XI. Ind. [1284].

His colligendis

[super

2) *et felix Reg.*